



21
Bl. 89



QUUM
DEO COMITE
VIR

NOBILISSIMVS CLARISSIMVS ATQVE LITERATISSIMVS

DN. IOANNES
THVRZO,

SS. THEOL. ET PHIL. CVLTOR

PERINDVSTRIVS,

EX CELEBERRIMA VITEMBERGENSI
CONFECTO STRENVE STVDIORVM
CURSU,


IN PATRIAM REDIRET

IV. Non. Iunii, Anno M D CC VIII.

Felix Faustum Fortunatumque iter, non tam
moris, quam amoris ergo
precabantur

POPULARES.

VITEMBERGAE, PRELO HAKIANO.



† † †



Rgo sedet constans Tibi iam sententia
mente

Inclyta LEVCOREI linquere recta
soli?

NOBILIS AONIDVM CVLTOR PIETATIS
IMAGO.

An iam quo fatum Te modo ducit abis?
Magna indefessi studij documenta dedisti,
Dum tenuit gremio Te VITEBERGA suo.
Haecenus hic, si quis? Tu docta REPERTA SOPHO-
RVM,

Verfasti manibus nocte dieque Tuis.

Tuque

Tuque adeo totum Sacra in MYSTERIA Iovae,
Demisisti animum DVLCIS AMICE Tuum:
Ex quibus ut puro purum defendere dogma
Pectore praeclara non sine laude potes.
Sic quoque transvorsum quos impius abripit error
Confutare illos Fautor Amice vales.
Sed repetis Patriam nos tristi corde relinquis,
A nobis faciens grande remotus iter.
An nos elingues abitum spectare liceret?
Iunctos, quos claris semper habes studiis.
Si tamen haud scribi Te digna PROPEMPTICA
possunt,
Da veniam invito dicimus ore VALE.
Hoc monuit CANDOR, DECOR hoc svadebat
honesti
Et qui iam dudum nos Tibi iunxit amor.
Patria Te nutu iam blando accersit ALVMNVNVM
Praemiaque exhausto digna labore parat.
Ac velut elicit flores ardore benigno,
Carpere sic fructus nunc cupit IPSA Tuos.
Sic Studiis mansurus honos, sic debita merces,
Sit licet haud raro ferior, illa venit.

Tu

Tu modo faustus abi cunctis dilecte CAMOE-
NIS,

Semper propitio fidere carpe viam.

Et si nunc tristi flagret PANNONIA bello,

Te scuto summus proteget ipse DEVS.

IOVA Tuum ex voto iubeat procedere fatum,

Sic fama insignis Te sine fine manet.

Nos animo memori Votisque sequemur euntem,

Et Tua laus nostra voce perennis erit.

Corpora seiungat locus, at divellere corda

Nulla dies poterit, nullus in Orbe locus.

Interea vivas MVSISQVE TIBIQVE superstes

COGIMVR ECCE TIBI DICERE

TRISTE VALE.



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





Hands III. 4661.

QUUM
DEO COMITE

V I R

NOBILISSIMVS CLARISSIMVS ATQVE LITERATISSIMVS

DN. IOANNES
THVRZO,

SS. THEOL. ET PHIL. CVLTOR

PERINDVSTRIVS,

EX CELEBERRIMA VITEMBERGENSI
CONFECTO STRENVE STVDIORVM
CURSU,


IN PATRIAM REDIRET

IV. Non. Iunii, Anno M D CC VIII.

Felix Faustum Fortunatumque iter, non tam
moris, quam amoris ergo
precabantur

POPULARES.

VITEMBERGAE, PRELO HAKIANO.



egen
agen:
/ /
Nico
d /
n müssen /
gelesen;
insch gute Nacht.
Fautori, & Amico zstu-
libebat,
of. Hungar.
Cult.

Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'Tudpe', 'MVR', and 'V et hali mandus nocte dieque Tur'.

